



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii**

**Zurmöllen, Heinrich**

**Neuhusii, 1677**

Art. 2. De peccatis Accusatoris

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9734**

## Articulus Secundus.

### *De Peccatis Accusatoris.*

1. **P**eccat si falso hominem accuset utpote de Crimine quod non fecit.
2. Peccat. Si crimen illiusq; circumstantias ultra veritatem augeat.
3. Si peccatum omnino occultum aut emendatum absque causa (qualis esset in proditione Civitatis vel ruina Reipublice imminente) ad judicem defert.
4. Si ex odio aut malevolentia accuset.

## TITVLVS OCTAVVS.

### *De Reo.*

#### Articulus Vnicus.

##### *De Reo ejus obligationibus & peccatis.*

**R**EUS vocatur generaliter, qui ab aliquo in re controversa ad iudicium provocatus est, & obligatur ad sequentia. 1. Ut se contra actorem jure defendat. 2. Ut si interrogetur juridice & legitime, iudici veraciter respōdeat, objecta juridice, iuste dissolvat.